



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Nullus laicus claustra sanctimonialium ingrediatur, nisi ad opera
exercenda. lxxviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

lenniter pariter celebrent, & omnes, exceptis quas infirmitas tenet, in dormitorio dormiant, & omnibus diebus ad capitulum, & ad collationes veniant, & regulam &c. Etis patribus illis constitutam, diligenter obseruent.

Nullus laicus claustra sanctimonialium ingrediatur, nisi ad opera exercenda. Cap. LXXVIII.

Ex eodē, cap. 16. **N**Vllus vassus abbatissæ, nec minister aliquis, nec clericus, nec laicus claustra ancillarū Dei ingrediatu*nisi fortè quando necessitas operandi incubit.*

Ianitrix claustrī non eligatur, nisi testimonium habeat bonum. Cap. LXXIX.

Ex eodē, cap. 15. **P**Ortaria non eligatur, nisi quæ ætate matura sit; & testimonium habeat bonum, & vitæ probabilis sit.

Vt abbatissa, nisi per licentiam sui episcopi à monasterio non egrediatur. Cap. LXXX.

Ex cōcil. Gagren, cap. 9. **A**bbatissa nequaquam de monasterio egrediatur, per licentiam episcopi sui. Et si quando foras pergit de sanctimonialibus quas secum dicit, curam maximam beat, vt nulla eis detur occasio peccandi,
Vt unus abbas duobus monasterijs præesse nō debeat.

Caput LXXXI.

Ex cōcil. Arausio, ca. 54 **V**NVM abbatem duobus monasteriis interdicimus præsidere.

Vt monachi compatres non habeant. Cap. LXXXII.

Ex cōcil. Augustu, dunē. ca. 5. **V**T monachi vel monachæ compatres habere non presumant.

Quod fœminæ in conuentu docere non debeant; Caput LXXXIII.

Ex cōcil. Carthagini. **M**ULIER quanuis docta in conuentu docere non audeat.

Ex cōcil. Remensi, præsente Ludouico cap. 5. **V**t fœmina pœnitentiam dare non debeat, nec sedere inter sacerdotes in conuiuio. Cap. LXXXIII.

FOEMINA non det pœnitentiam, nec corporale cū oblatione, nec calicē super altare ponat, nec inter ordinarios stet in Ecclesia, nec sedeat inter sacerdotes in conuiuio.